

dem nō neq; Ecclesiam nosocomium  
esse domumq; peccatoribus & sanctis  
plenam: quorum etiam pleriq; more  
puerorum nōdum gradum figere pos-  
sint, sed scamnis acclines pedem pro-  
movere & ambulare condiscant: unde  
necessitatem est, alterum alterius onus por-  
tare, & debiles Christianos temere ne-  
quaquam condemnare, sed spiritu man-  
suetudinis illos tolerando in viam re-  
ducere, inidemq; velut ex speculo de  
proprijs defectibus conjecturam face-  
re: Illud tamen vicissim maneat oportet,  
debere nos in Christo cōtinuis in-  
crementis proficere & adolescere, nec  
semper intra pueritiam cōsistere, car-  
nem violenter mortificare & vincere;  
adhæc studere charitati *ex corde puro,*  
*conscientia bona, & fide non facta;* illudq;  
etiam atq; etiam condiscere & assiduo  
meminisse, Deum omnia externa ope-  
ra *ex cordis fundo æstimare & judica-*  
re. Itaq; si cor tuum bonum est, scire  
licet omnia quæ facis bona esse: sin idē  
malum, immundum & virulentum sit,  
tum vero omnia tua opera coram Deo  
amarulenta malaq; sunt. Breviter qua-  
lis intus & in corde es, talis coram Deo  
judicaris, talisq; est tua oratio, tēplorū  
visi-